Ahora bien; ¿qué fin primordial se proponen los Congresos Eucarísticos? Creemos que han de tender, no precisamente a declarar la naturaleza del Santísimo Sacramento, sino a estudiar los efectos que pueden derivarse de la Sagrada Eucaristía. En los Congresos eucarísticos se supone admitido por todos el dogma de la real presencia de Jesucristo en el Sacramento; puede renovarse la pública profesión de la misma para avivar la propia fe, pero no es necesaria la demostración de la verdad dogmática; se puede, no obstante, y aun se debe mirando al provecho propio y ajeno, estudiar el culto de la Santa Eucaristía en sus efectos. Es lo que estáis haciendo ahora vosotros, oh hijos queridísimos que tomáis parte en el primer Congreso Eucarístico diocesano de Roma. Estamos persuadidos de que cada uno de vosotros ha reconocido ya que el culto de la Santa Eucaristía puede traer bendiciones aún mayores de las que la presencia del Arca del Señor trajo a Obededom; y así como la noticia de tales bendiciones sugirió a David el traslado inmediato del Arca —abiit *ergo* et adduxit—, y no sólo esto, sino que acogió en seguida el Arca en su ciudad con manifestaciones de júbilo, «adduxit Arcam... *cum gaudio*», así tampoco dudamos que también vosotros, después del presente Congreso, sin tardanza alguna procuraréis a vuestras almas aquél acrecentamiento de gracias espirituales que traerá consigo el conocimiento más y más extendido de los efectos de la Santa Eucaristía. David acogió el Arca con júbilo, «adduxit... *cum gaudio*», y vosotros mostráis el gozo que debe ocasionaros el culto de la Santa Eucaristía en todas sus formas. Pluguiera al cielo que los fieles de Roma se acostumbraran a asistir todos los días a la Santa Misa; participaran frecuentemente de los divinos misterios; no dejaran desiertas las iglesias, sino visitaran con frecuencia al Prisionero de amor que les está aguardando en el Sagrario; y, pudiendo, le acompañaran asimismo en las horas silenciosas de la noche. ¿No tienen ellos necesidades que exponer, gracias que pedir a Jesús? Jesús es en el Santísimo Sacramento la fuente viva de la gracia; y ¿habrá sedientos que, para satisfacer su sed espiritual, no se acerquen a esta fuente viva de la gracia? La Santa Eucaristía es una mina de celestiales dones, y ¿quién podrá imaginarse un mendigo, que ante esta mina, más rica que las de oro y plata, rehusara explotarla en abundancia?

No se crea que se limitan únicamente al individuo las ventajas que es dado alcanzar en la Sagrada Eucaristía. Precisamente podemos hacer constar que el primer Congreso Eucarístico diocesano de Roma ha tenido como principal mira la utilidad social que es posible derivar del culto eucarístico, siempre que se entienda bien y practique mejor. ¿Y no tenían acaso carácter universal, no comprendían así los individuos como las familias y naciones los plácemes y parabienes que acababan de ofrecernos en nombre del Congreso Eucarístico de Roma? Debe responder afirmativamente todo aquel que, al escuchar las bellas palabras, pronunciadas por el ilustre Presidente de las obras eucarísticas de Roma, habrá sentido con Nosotros inundar de alegría su corazón al contemplar a las familias disidentes de Oriente comprendidas en aquella unidad de la cual es *símbolo* la Santa Eucaristía. De igual suerte, quien, al escuchar las mismas palabras, pensó que el verdadero culto de la Eucaristía facilitaría la tan anhelada armonía entre las naciones, no ha podido dejar de reconocer que la Santa Eucaristía es, además, *signo de pax*; precisamente en este Sacramento está el principio de la unidad de los pueblos y el germen de la paz entre las naciones, puesto que ella es también «vínculo de caridad».

¿Y por qué no decir que aun estos bienes sociales, como otros tantos efectos de la Eucaristía, fueron asimismo anunciados por las bendiciones que acompañaron la presencia de aquella Arca, figura del eucarístico Sacramento? Leed una vez más, amados míos, el Libro divino de los Reyes, y hallaréis que no sólo la persona de Obededom, sino toda su familia, recibió las bendiciones por la presencia del Arca: *Benedixit Dominus Obededom et omnem domum ejus* (II Reg., vi, 11). Ni creáis que tales bendiciones se detuvieran en la familia del afortunado Geteo, porque el texto sagrado, no satisfecho con referir que fué bendita *toda la casa de Obededom*, prosigue diciendo que se anunció a David «que Dios había bendecido por razón del Arca a Obededom y a todas sus casas: *Nuntiatumque est regi David quod benedixisset Dominus Obededom et omnia ejus propter Arcam Dei* (Ibid., v. 12). En esta forma más amplia de bendiciones es fácil ver como prefigurados los bienes que el cristiano puede granjear con la Santa Eucaristía, no ya únicamente con respecto a su persona y a su familia, si que también en orden a la sociedad en que vive.

¡Con cuánta razón Nuestros hijos de Roma debieron, pues, aplaudir al mero anuncio del primer Congreso Eucarístico diocesano, del cual presentían que había de resultar un conocimiento más difundido de los frutos de la Santa Eucaristía! ¡Con qué entusiasmo deben ahora proseguir su desenvolvimiento! ¡Con qué ardor deben abrazar el propósito de perfecciones en la devoción al augusto Sacramento! Nós recogemos es-

pecialmente este propósito, emanado no tanto de los labios cuanto del corazón de todos Nuestros queridísimos hijos, que han venido a consolarnos con el testimonio de su participación en el Congreso Eucarístico diocesano, y para que sea verdaderamente eficaz, invocamos sobre todos las celestiales bendiciones.

De sacerdotes y de seglares está formada la reunión de hijos queridos que ahora Nos rodea; a unos y a otros bendiga el Señor, a fin de que obtengan copiosos frutos del Congreso Eucarístico diocesano. Y como quiera que los eclesiásticos son superiores por su dignidad, así han de superar también a los seglares en celo por el decoro de la casa de Dios, y ofrecer al Rey de la gloria, que se digna habitar en los templos a ellos confiados, no tanto el incienso material, cuanto el homenaje de la adoración frecuente y de la piedad fervorosa: procuren, en especial, que no se lamente jamás la falta del sacerdote entre los adoradores de Jesús en la Vela Nocturna.

Y los seglares sigan las huellas y el ejemplo de los sacerdotes. No les envidien el honor de participar todos los días de los santos misterios, porque también ellos pueden visitar con frecuencia al Señor Sacramentado; también ellos pueden y deben dar su nombre y prestar su auxilio a las Cofradías del Santísimo Sacramento. ¡Que la bendición de Dios sostenga a todos, sacerdotes y seglares, en el cumplimiento de los deberes que el primer Congreso Eucarístico diocesano ha hecho conocer mejor a los fieles de Roma, a fin de que éstos, después de haber amado acá abajo la Santa Eucaristía, que es el Paraíso del tiempo, puedan ser admitidos al Paraíso de la bienaventurada eternidad a contemplar sin celajes ni figuras a aquel Dios que ahora adoramos oculto bajo los velos eucarísticos!

CONGREGACIONES ROMANAS

De Ritos

DECRETUM

SUPER OCCURRENTIA DUORUM RESPONSORIORUM DE TEMPORE CUM DUBUS RESPONSORIIS APOSTOLORUM ET EVANGELISTARUM VEL MARTYRUM TEMPORE PASCHALI.

A Sacra Rituum Congregatione pro opportuna declaratione postulatum fuit:

«Quaenam norma sit habenda quoties, infra Heddoadam
»et II post Octavam Paschae, in communi Apostolorum et Evange-

»listarum vel Martyrum, Tempore Paschali, in II vel III Nocturno
»recurrant ea Responsoria, quae iam fuerint in primo Nocturno
»recitata, cum Lectionibus de Scriptura occurrente.»

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus sedulo perpensis, ita rescribendum censuit:

«I. Tum in Communi Apostolorum et Evangelistarum, tum in
»Communi Martyrum, Tempore Paschali, loco septimi Responsorii
»*Ego sum vitis*, dicantur Responsorium: *Tristitia vestra*, quoties
»in I Nocturno recitatae sint Lectiones de Scriptura occurrente cum
»suis Responsoriis de Tempore, Feria III et VI infra hebdoma-
»dam I et II post Octavam Paschae.

»II. In Communi autem Apostolorum et Evangelistarum, Tem-
»pore Paschali, loco Responsorii quinti: *Virtute magna*, dicatur
»Responsorium: *Pretiosa in conspectu Domini*, quoties in I Nocturno
»Lectiones fuerint de Scriptura occurrente cum suis Responsoriis
»de Tempore, Feria IV et V infra hebdomadam I et II post Octa-
»vam Paschae.

»III. Futuris autem editionibus Breviarii Romani in Communi
»Apostolorum et Evangelistarum, Tempore Paschali, post Respon-
»sorium quintum, inseratur sequens Rubrica: «Feria II et V infra
»hebdomadam I et II post Octavam Paschae, quoties in I Nocturno
»Lectiones fuerint de Scriptura occurrente cum suis Responsoriis de
»Tempore, loco praecedentis Responsorii de Tempore, dicitur
»sequens: R. *Pretiosa in conspectu Domini, alleluja*, * *Mors sancto-
»rum ejus, alleluja*. V. *Custodit Dominus amnia ossa eorum, unum
»ex his non conteretur*. * *Mors*».

«Item in Communi Apostolorum et Evangelistarum et in Com-
»muni Martyrum, Tempore Paschali, post septimum Responsorium
»inscribatur haec Rubrica: «Sicubi, Feria III et VI infra hebdoma-
»dam I et II post Octavam Paschae, quoties in I Nocturno Lectio-
»nes fuerint de Scriptura occurrente cum suis Responsoriis de Tem-
»pore, loco praecedentis Responsorii dicitur sequens: R. *Tristitia
»vestra, alleluja*, * *Convertetur in gaudium, alleluja, alleluja*.
V. *Mundus autem gaudebit, vos vero contristabimini, sed tristitia
vestra*. * *Convertetur*».

Atque ita rescripsit, declaravit et servari mandavit. Die 16 maii 1919.

✠ A. CARD. VICO, Ep. Portuen, et S. Rufinae.
S. R. C. Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius*.

Del Santo Oficio

DE THEOSOPHISMO

Feria IV die 16 iulii 1919

In plenario conventu habito ab Emmis. ac Rvmis. Dominis Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus proposito dubio: «An doctrinae, quas hodie theosophicas dicunt, componi possint cum doctrina catholica: ideoque an liceat nomen dare societatibus theosophicis, earum conventibus interesse, ipsarumque libros, ephemerides, diaria, scripta legere».

Idem Emmi ac Rvmi. Domini, praehabito DD. Consultorum voto, respondendum decreverunt: *Negative in omnibus*.

Et feria V die 17 eiusdem mensis, Ssmus. D. N. D. Benedictus Div. Prov. PP. XV, in solita audientia R. P. D. Assessori S. O. impertita, relata sibi Emmorum. Patrum resolutionem approbavit et publicari mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 18 iulii 1919.

A. Castellano, *Supremae S. C. S. Off. Notarius*.

De Religiosis

DUBIUM

CIRCA RITUS IN PROFESSIONE MONIALIUM SERVANDOS

An resolutiones S. C. EE. et RR., sub die 18 iulii 1902 ad I, »et 15 ianuarii 1903 ad I et II, circa modum servandum in imitanda simplici et sollemni Monialium professione post editum »Decretum *Perpensis* diei 2 maii 1902, vigeat post inductam a »Codice Iuris Canonici professionem votorum temporaneorum, quae »votis sollemnibus praemitti debeat?»

S. Congregatio, omnibus mature perpensis, respondendum, censuit:

Negative, et ad mentem. «Mens est ut professioni sollemni »reserventur ritus illi omnes et caeremoniae quae ad perpetuitatem »status referantur; ad profesionem vero temporaneam sufficit ut, »ad normam canonis 572, § I, n. 6, a legitimo Superiore secundum »Constitutiones per se vel per alium recipiatur».

Datum ex Secretaria S. Congregationis de Religiosis, die 10 iulii 1919.

L. † S.

Maurus M. Serafini, ab. O. S. B., *Secretarius*.

Del Concilio

Beatissime Pater:

Archiepiscopus Tarraconensis et Episcopi eiusdem Provinciae ecclesiasticae, ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provoluti, postulant:

1.^o Ut sibi liceat, unicuique in respectiva ditione, beneficium simplex vacans, absque laesione iuris patronatus, auditisque rectoribus in casu speciali interesse habentibus, transferre ad aliam ecclesiam eiusdem vel diversi loci, ubi novus obtentor onera sui beneficii adimplere teneatur.

2.^o Idipsum fas sit respectu beneficii non vacantis, annuente obtentore.

3.^o Translationem in adiunctis praemissis valeat efficere Episcopus, ex parte, ita ut relicto titulo in ecclesia sedis a limine foundationes stabilitae, teneatur nihilominus obtentor onera ipsius beneficii adimplere in ecclesia *ad quam* fiat illius translatio.

4.^o Ut transferre possint Beneficiarios Communitatum Coadiutorum ad servitia *coadiutoralia* praestanda in eodem loco vel civitate determinatis diebus et horis, dummodo residentia et servitia propriae paroeciae ne laedantur, salvo iure tertii, penes aliam ecclesiam ubi opus sit ob deficientes sacerdotes illic adscriptos, vei etiam data magna necessitate ad casum vel ad determinatos casus ab Ordinario praestabiliendos, dispensata pro aliquo Beneficiario et determinato actu, residentia choralis.

Immo, magnopere expediret si facultas ab Apostolica Sede Ordinario tribueretur, assignandi quosdam beneficiatos servitio alterius ecclesiae; eos habendo tamquam praesentes ad distributiones lucrandas in suis Communitatibus pro diebus et horis in quibus servitium designatum reddant.

Et Deus, etc...

S. Congregatio Concilii; in Plenario Conventu habito in Palatio Apostolico Vaticano, die 21 iunii 1919, facultates juxta preces Ordinariis Oratoribus tribuit ad decennium, auditis tamen interesse habentibus et praesertim patronis, facto verbo cum Sanctissimo.— Factaque de praemissis relatione in Audientia diei 22 eiusdem mensis, Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est.

D. CARD. SBARRETI, *Praefectus*.

J. Mori, *Secretarius*.



COLLATIONES MORALES ET LITURGICAE

CASUS PRO MENSE NOVEMBRI.—SOLUTIO SCRIPTA

Valentinus, Sergius, Felix, Antoninus et Gabriel instituunt discussionem de constitutivo metaphysico divinae essentiae. Valentinus eum reponit in cumulo divinarum perfectionum, Sergius in infinitate radicali, Felix in summo gradu intellectualitatis, Antoninus in hoc quod Deus sit ipsum esse subsistens et Gabriel in eo quod sit ens a se.

Theophilus exercens famulatum in quadam domu commertiali videt clientes surripere merces, et silet ob timorem et verecundiam: videns incendi domum amici non impedit cum possit; et timens minas sui patruī ei permittit ut in domu sua collocet apparatus destinatum ad furandum fluidum electricum.

Martialis custos primum agrorum omittit frequenter ex incuria denunciare damnificatores; et praepositus postea gabellis exigendis, defraudatoribus plerumque pepercit, ab ipsis pecunia corruptus.

Blassius confessarius semel oblitus est monere poenitentem de obligatione faciendi restitutionem, et advertens deinde errorem non correxit, cum possit; ter cuidam poenitenti onus restituendi imposuit ad quod non erat poenitens obligatus; et quinquies ex ignorantia graviter culpabili, poenitentes ab obligatione restituendi, qua tenebantur, exoneravit.

Hinc quaeritur:

1.º Quid intelligitur per constitutivum metaphysicum divinae essentiae et in quo reponi debet?

Quaenam sunt praecipuae sententiae de hac re?

2.º Quid est cooperatio negativa ad actionem damnificativam?

3.º An et quando cooperatores negativi violent justitiam commutativam et teneantur ad restitutionem?

4.º An custodes agrorum non denuntiantes damnificatores teneantur de damnis, et an praepositi gabellarum parcentes defraudatoribus, recepta pecunia, obligentur ad restitutionem?

5.º Ad quid teneantur confessarii errantes in materia justitiae et restitutionis?

Quid ad casum?

CASUS LITURGIAE

Eusebius parochus, consuetudine suae dioecesis fretus, saepe ad altare, ubi solemniter SS. Sacramentum est expositum, celebrat, et tempore Missae, imo etiam extra Missam sacram Synaxim fidelibus administrat.

Quaeritur nunc:

1.º Licetne celebrare Missam in altari in quo expositum est SS. Sacramentum, sive privatim, sive solemniter?

2.º Licetne Sacram Communionem fidelibus administrare in eodem altari?

SOLUTIO QUAESTIONIS ORALIS PROPOSITAE PRO MENSE OCTOBRI

1.º Multi rationalistae, protestantes et modernistae credunt Evangelium agere exclusive de negotio salutis, nullo modo tangens quaestiones sociales et oeconomicas. «Evangelium, *ait socialista Sorel*, nullam affert lucem problematibus socialibus. Papa et doctores catholici cum agunt de jure naturali tenentur recurrere ad considerationes profanas.» (*Devenir social*). Iuxta plures protestantes scientia oeconomiae socialis nullam relationem dicit ad Sacram Bibliam. Modernista Loysi dicebat: «Inutile est velle dissimulare indifferentiam ejus (Jesus) relate ad vitam praesentem, ad quaestionem sociale, ad ordinem politicum et progressum humanum» (*L'Évangile et L'Eglise*).

Alii rationalistae et protestantes e contra autumant praecipuam praeoccupationem Evangelii esse reformationem oeconomicam societatis. «Quid est doctrina Christi, scribebat, Peabody (*Jesus Christ and the social question*, p. 56) nisi anticipatio historica hodierni programmatis democratiae socialis?» Alii magis audaces Christum transformant in quemdam agitatore sociale et praecursorem hodierni socialismi et anarchismi. Renan in suo opere *Vita Jesu* scribit: «Jesus sub quodam respectu fuit anarchista, cum nullam ideam haberet gubernii civilis, qui ei videbatur simpliciter abusus.» Levalet similia scribit in libro, *Socialisme contemporaine*, Introd. p. XVIII. «Christianismus *dicit*, enucleavit terminis praeclarioribus principia socialismi.»

Quidam politici de Christo loquuntur quasi Ipse esset verus conservator politicus, defensor *status quo*, et inimicus cujusque reformationis socialis.

Responsio. Dicendum est quod Christus non fuit agitator et revolutionarius socialis neque praecursor hodierni socialismi et anarchismi. Numquam damnavit in se ipsis divitias, proprietatem, auctoritatem, familiam, et gubernium; amicos et discipulos habuit divites, quin eis obligaverit ad renunciandum divitiis; originem coelestem auctoritatis proclamavit, cum dixit Pilato: «Non haberes potestatem adversus me ullam, nisi tibi datum esset desuper» (1); familiam et institutiones familiares instauravit et perfecit; et numquam possessionem bonorum temporalium reprobavit. Non tamen fuit conservator et defensor *status quo*. Praedicavit certe pauperibus resignationem et patientiam, consuluit omnibus reverentiam erga auctoritates vigentes; sed numquam abusus sive auctoritatis, sive divitiarum, sive bonorum temporalium sanxit et approbavit. «Vae vobis divitibus, *aje*bat, quia habetis consolationem vestram» (2); et in novissimo die in ignem aeternum projiciendos declarat eos qui malum usum fecerunt divitiarum, viscera misericordiae erga pauperes claudendo.

Decipiuntur etiam illi qui affirmant Evangelium nullam lucem afferre problematibus socialibus et oeconomicis. Evangelium est quidem per se et essentialiter doctrina religiosa et spiritualis; sed per accidens cum ad hominem dirigatur viventem in hoc mundo et in societate humana, est doctrina eminenter socialis, habens solutiones et responsiones pro omnibus problematibus et difficultatibus socialibus. In Evangelio invenimus responsiones et doctrinas concretas circa legem amoris et justitiae, circa hierarchiam et auctoritatem, circa bona hujus mundi, laborem, proprietatem divitias et paupertatem. Christus verus Deus et fundator religionis christiana est etiam magister et doctor socialis per excellentiam (3).

2.º Etiam, seclasis doctrinis religiosis, oppositio irreductibilis est inter socialismum et catholicismum. Socialismus enim solam proprietatem collectivam uti legitimam habet, privatam autem possessionem uti malam et abolendam rejicit; e contra catholicismus res privatas possidere docet esse jus legitimum a natura profectum. Magis autem adversatur catholicismo anarchismus, qui omnia vincula socialia disrumpens, conatur tollere e medio aucto-

(1) Joannes, XIX. 11.

(2) Luc., VI, 26.

(3) V. Lugan. *La enseñanza social de Jesús*.

ritatem, patriam, religionem, familiam, proprietatem omnemque sociale ordinem.

3.^o Ad 3^m interrogationem jam data est responsio.

4.^o Omni laude sunt digni et optime de religione et de patria merentur sacerdotes, qui sub directione suorum Praelatorum incumbunt actioni catholico-sociali et studiis socialibus vacant. Hoc inferitur ex encyclicis romanorum pontificum, ex pastoralibus episcoporum, et ex doctrinis theologorum. Non semel Summi Pontifices hortaverunt clerum ut descendat et vadat ad populum. Episcopatus catholicus congregatus Fuldae (Germaniae) auno 1889, hoc decrevit: «In instructione danda clero juvenni, tum in philosophia tum in aliis disciplinis pertinentibus ad missionem pastoraalem, importantissimum et necessarium est vacare studio quaestionis socialis». Denique Papa Pius X, in Encyclica data episcopis Italiae anno 1905, super actionem catholicam dicit: «Actio catholica, quoniam intendit omnia instaurare in Christo constituit verum apostolatatum in honorem et gloriam ipsius Christi».

5.^o Democratia christiana est quaedam actio popularis christiana ordinata ad bonum sociale, mediante exaltatione populi et progressu oeconomico-sociali ordinum inferiorum societatis. Proponunt defensores hujus actionis solutiones democraticas et radicales, ut abolitionem salarii, participationem operariorum in negotio, reformationem societatis per populum, et redintegrationem humilium in suis juribus.

Haec democratia non est dammanda neque reprobanda dummodo normas datas a Summis Pontificibus observet et quaedam vitet inconvenientia et pericula ab ipsis notata. Tria sunt pericula, quae Pont. Leo XIII in Encyclica, «Graves de communi» notat; scilicet: 1^m ut nomen democratiae christianae detorqueatur ad política; 2^m ut democratia in commodum inferiorum ordinum curas sic collocet, ut superiores praeterire videatur; 3^m ut appellatione democratiae christianae propositum subdatur omnis abjiciendae obedientiae, eosque aversandi qui legitime praesunt. His periculis et inconvenientibus remotis, dicit Pontifex: «Speramus fore ut quaevis de christianae democratiae nomine dissensio, omnisque de re, eo nomine significata, suspitio periculi jam deponatur». Ergo democratia christiana in se non est mala neque reprobanda.

BREVIS SOLUTIO CASUS LITURGIAE

1.^o Usus bireti praecipitur clericis omnibus qui sacris paramentis ornati vel per ecclesiam aut in processionibus extra ecclesiam incedunt, vel in presbyterio aut choro sedent.

Permittitur, sed non praecipitur (attamen uniformitas est servanda) his qui superpelliceo aut alio habitu choralis induti vel sedent in ecclesia vel extra eam in processionibus incedunt.

Prohibetur quibuscumque: 1.^o, exposito Smo. Sacramento; 2.^o, in processionibus in quibus vel Smum. Sacramentum, vel reliquia sanctae Crucis defertur; 3.^o, in actuali ministerio.

2.^o His regulis statutis palam fit male se gessisse Quiricus ex regula prima; et ita Severus ex regulis prima et secunda; et reliqui omnes ex numero 3.^o postremae regulae.

Merecieron completa aprobación en el ejercicio escrito del mes de octubre, los señores siguientes:

D. José Bau, D. Amado Veral Blanch, Dr. D. Enrique Gimeno Archer, D. José M.^a Martínez, D. Arcadio Nadal Taléns, D. Francisco Tarín Genís, D. Miguel Gonzálbez Lucas, D. José Ramón Costa, D. Carlos Herráez, D. Salvador Ferrandis, D. Salvador Boix Bennacer, D. Alfredo Cortell Rives, D. Francisco Boigues, D. José Aparicio Sanz, D. Enrique Fresquet Part, Dr. D. Jesús Badía Brú, D. Eduardo Ibáñez, D. Francisco Ruiz Lliso, D. Sebastián Sivera, D. Rafael Reig Cerdá, D. Raimundo Sarrió, D. José M.^a Pallarés, D. José Diego Sanchis, D. Francisco Petit Felíu, D. Vicente Rausell Mompó, D. Rufino García, D. José Llinares, D. José María Serra Pérez, D. José María García, D. Vicente R. Obertí, D. Ricardo Silvasage Tolzá, D. Ratael Colomer, D. Joaquín García Dobón, D. Antonio Marín Aparicio, D. Federico García, D. José María García, D. Antonio Paláu, D. Guillermo Catalá Bas, D. Vicente Morán, D. Vicente Sáez, D. Vicente Rausell Mompó, D. Fernando Jimeno Biosca, D. Juan Calatayud Guardiola, D. Daniel Velis Batalla, don Antonio Renart, D. Joaquín Ripoll, D. José Legua, D. Rafael Revert, D. José Miralles, D. José Belda Domínguez, D. Salvador Dasí Sancho, D. Rafael Tramoyeres Cuñat, D. Pascual Ortí, D. Ramón García Ripoll, D. Pascual Aguilar Moros, D. Francisco Palanca, D. Vicente Monllor Cremades, D. Vicente Marco Garín, D. Pedro Chulvi Aznar y D. Evaristo Roselló Albentosa.

NOMBRAMIENTOS

Han sido nombrados:

- D. Ramón Michavila Bodegas, coadjutor de Paterna.
- D. José María Laborda Nadal, ecónomo de Beniardá.
- D. José Sanfelíu Giner, ecónomo de Burjasot.
- D. Eugenio León Civera, ecónomo de Bonrepós.
- D. Francisco Porta Busquets, ecónomo del Cabañal.
- D. José María Cubells Saralegui, ecónomo de Aldaya.
- D. Baldomero Matoses Cebrián, coadjutor de Puzol.
- D. José Santarrufina Hurtado, coadjutor de Campanar.
- D. Juan Forner Esteve, coadjutor de Albalat de Sorells.
- D. José Ripoll Ramón, coadjutor de Benidorm.
- D. Esteban Porta Oriola, coadjutor de Almusafes.
- D. Francisco Pascual Llorca, coadjutor de Pego.
- D. Miguel Ribes Gilabert, ecónomo de Sella.
- D. José María Pineda Juan, coadjutor de Sarga.
- D. Diego Ciudad Bardisa, coadjutor de Abiό.
- D. Jesús Montaner Bataller, coadjutor de Ayelo de Rugat.
- D. Juan Bautista Quilis Baixauli, coadjutor de Benimasot.
- D. Emilio Mompό Albiñana, ecónomo de Puebla del Duc.
- D. Francisco Jeres Miquel, coadjutor de Jijona.

NECROLOGIA

Han fallecido:

- D. José Clavero Soriano, beneficiado de la parroquia de los Santos Juanes de Valencia, el 29 de octubre, a los 79 años de edad.
- D. Antonio Ribas Llopis, párroco de Puebla del Duc, el día 31 de octubre, a los 73 años de edad.
- M. I. Sr. D. Juan Bautista Pérez Pérez, canόnigo de la Metropolitana, el día 30 de octubre, a los 73 años de edad.
- Sor Juana Cánoves, religiosa de coro del convento de Jerusalén, de Valencia, el día 1.º de octubre, a los 36 años de edad.
- Sor María de los Desamparados Matéu Prats, religiosa de coro del convento de Santa Clara, de Valencia, el 18 de octubre, a los 51 años de edad.

BIBLIOGRAFÍA

Cor Paternum (Corazón de Padre). Recuerdo de la piadosa obra llevada a cabo durante la guerra, por Su Santidad el Papa Benedicto XV, especialmente en favor de los prisioneros.

Los editores Alfieri y Lacroix, de Roma y Milán, han publicado

un álbum que recuerda la caritativa obra del Papa, desarrollada durante la guerra. El álbum contiene más de 120 grabados grandes, y más de 400 pequeños, con sus respectivas explicaciones en nueve lenguas. En breve introducción se recuerdan las múltiples iniciativas de Su Santidad Benedicto XV.

La belleza y abundancia de las ilustraciones, la elegante delicadeza que caracteriza los trabajos de Alfieri y Lacroix, y la importancia del argumento, hacen de este álbum un monumento a la caridad del Padre Santo, que toda familia cristiana debería gloriarse de poseer. Así lo afirma el P. José Quirico, S. J.

El precio del álbum, elegantemente encuadernado, es de 25 francos.

El Cardenal-Secretario de Estado recomienda su adquisición.

El Centro de Defensa Social, Príncipe 12, Madrid, se encarga de recibir las órdenes de adquisición del álbum, de relacionarse con los editores susodichos, y de hacer llegar a los interesados los ejemplares que se pidan.

Letra española vertical. D. Rufino Blanco, Profesor de la Escuela Superior del Magisterio de Madrid, acaba de publicar el último cuaderno de la tercera edición de su *Método de Escritura española vertical*, del cual se han consumido ya 60.000 ejemplares.

La nueva edición está profusamente ilustrada, y sus cuadernos, por la carestía actual del papel, se venden transitoriamente a 20 céntimos.

Nuestros lectores recibirán gratis un cuaderno de muestra de dicho *Método*, enviando al autor (apartado 266, Madrid) una faja de esta publicación o el título con la dirección del lector que lo desee.

El Santo Cristo de Limpías, por el Sr. D. Juan F. Muñoz Pabón, Pbro.—Precio: una peseta.

El ilustre autor de *Justa y Rufina*, *Paco Góngora*, *Temple de acero* y tantas otras obras maestras, trata en este folleto de la imagen del Santo Cristo de Limpías, bajo diversos aspectos. Después de dos prenotandos en los que el autor revela sus profundos conocimientos teológicos, se ocupa del hecho del milagro de la referida imagen; del Cristo de Limpías como obra de arte, etc., terminando con una oda a Jesús crucificado. No vacilamos en afirmar que es el mejor estudio que se ha hecho hasta el presente del milagroso Santo Cristo de Limpías, por lo cual lo recomendamos a nuestros lectores.



BOLETÍN OFICIAL

DEL

ARZOBISPADO DE VALENCIA

SUMARIO: Circular del limo. Sr. Vicario Capitular sobre la predicación de la Bula de la Santa Cruzada.—Cédula de citación.—Edicto de la Delegación de Capellanías y Obras Pías.—Circular de la Administración de Cruzada.—Conferencias morales y litúrgicas.—Las negociaciones en favor del Clero.—Memoria leída por el secretario del Cabildo de Párrocos, con motivo de la reunión celebrada para la renovación de la Junta.

GOBIERNO ECLESIAÍSTICO DEL ARZOBISPADO DE VALENCIA (SEDE VACANTE)

Del Emmo. y Rdmo. Sr. Cardenal Primado de España, hemos recibido el siguiente importantísimo documento:

«VICTORIANO, POR LA DIVINA MISERICORDIA,

DEL TÍTULO DE LOS CUATRO SANTOS CORONADOS, DE LA SANTA ROMANA IGLESIA PRESBITERO CARDENAL GUIASOLA Y MENENDEZ, ARZOBISPO DE TOLEDO, PRIMADO DE LAS ESPAÑAS, PARIARCA DE LAS INDIAS OCCIDENTALES, CANCELLER MAYOR DE CASTILLA, CAPELLÁN MAYOR DE S. M., VICARIO GENERAL DE LOS EJÉRCITOS NACIONALES, GRAN CANCELLER Y CABALLERO DEL COLLAR DE LA REAL Y DISTINGUIDA ORDEN DE CARLOS III, GRAN CRUZ DE ISABEL LA CATÓLICA Y DE LA DEL MÉRITO MILITAR CON DISTINTIVO BLANCO, ACADÉMICO DE NÚMERO DE LA REAL DE CIENCIAS MORALES Y POLÍTICAS, CORRESPONDIENTE DE LA DE LA HISTORIA, SENADOR DEL REINO, COMISARIO GENERAL APOSTÓLICO DE LA SANTA CRUZADA EN TODOS LOS DOMINIOS DE S. M., ETC., ETC.

A VOS, NUESTRO VENERABLE HERMANO EN CRISTO PADRE, ILUSTRÍSIMO
SEÑOR VICARIO CAPITULAR (S. V.) DE VALENCIA

Salud y gracia en Nuestro Señor Jesucristo.

Por cuanto la Santidad de Benedicto XV, felizmente reinante, se dignó conceder por doce años, que se han de contar desde la

primera dominica de Adviento del año 1915, las gracias y privilegios de la Bula de Cruzada, con notables modificaciones en favor del Rey y pueblo de España, y sobre las bases de que el producto se había de destinar a los fines señalados por la Santa Sede y que los Sres. Obispos continúen siendo administradores natos, sin dependencia alguna laical, en sus respectivas Diócesis.

Por tanto, daréis las disposiciones que creáis convenientes para que en vuestra Iglesia Catedral sea recibida dicha Santa Bula y publicada con la solemnidad que corresponde, a cuyo objeto os remitimos el adjunto Sumario de las facultades, indulgencias y privilegios otorgados por aquella concesión apostólica. Asimismo dispondréis que los Sres. Curas párrocos de vuestra Diócesis hagan la predicación en el tiempo y forma que os pareciere o sea de costumbre, y para que las personas que nombrareis para la expedición de Sumarios y colectación de limosnas se arreglen a las instrucciones que les diereis.

La limosna que está señalada para cada clase de Sumarios es la que en los mismos se expresa, y que deben satisfacer las personas que los tomaren, según sus categorías sociales y renta de que disfruten, quedando derogados cualquier privilegio y costumbre en contrario. Por la Bula o Sumario general de Ilustres, *cinco pesetas*. Por el común de vivos o Sumario general, *setenta y cinco céntimos de peseta*. Por el Sumario de Difuntos, *setenta y cinco céntimos de peseta*. Por el Sumario de Oratorios privados, *cuatro pesetas*. Por el Sumario de Composición, *una peseta*. Por el Sumario singular de indulto de la ley de Abstinencia y Ayuno, primera clase, *diez pesetas*. Por el de segunda clase, *cuatro pesetas*. Por el de tercera clase, *setenta y cinco céntimos de peseta*. Por el indulto colectivo de la ley de Abstinencia y Ayuno, *cinco pesetas*.

Dado en Toledo a quince de septiembre de mil novecientos diez y nueve.—† VICTORIANO, CARDENAL GUIASOLA, *Comisario General Apostólico de la Santa Cruzada*.—Por mandado de Su Eminencia Rdma., el Comisario General de la Santa Cruzada, *Dr. Narciso de Esténaga*, Deán-Secretario.»

Aceptando con la debida reverencia el precedente encargo del Emmo. y Rdmto. Sr. Cardenal Comisario Apostólico, ordenamos que la Santa Bula de Cruzada para la próxima predicación de mil novecientos veinte sea reci-

bida y publicada oportunamente, con la solemnidad de costumbre, en la Santa Iglesia Metropolitana y en todas las Colegiales y parroquiales de esta Archidiócesis, y encargamos muy en particular a los reverendos Párrocos y demás predicadores de la divina palabra, que especialmente en los tiempos de Adviento y Cuaresma y en las Misas de mayor concurso de fieles, se esfuercen en vulgarizar y enaltecer el origen, historia y gracias inapreciables de la Santa Bula, con las notabilísimas concesiones consignadas en la últimamente prorrogada por la benignidad del Sumo Pontífice Benedito XV, felizmente reinante, así como la inversión de sus limosnas, y en desvanecer los prejuicios y calumnias con que la impiedad y la ignorancia han pretendido oscurecer y rebajar ese que es magnífico timbre de gloria para la católica España.

Valencia, 20 de noviembre de 1919.—DR. MIGUEL PAYÁ Y ALONSO, *Vicario Capitular*.

Cédula de citación

El los expedientes sobre justificación de la ausencia en ignorado paradero de José Pérez Aleixandre, Salvador Orengo Fuster y D. Jacobo Tudela Pérez, al efecto de la prestación de consentimiento o consejo para contraer matrimonio sus respectivos hijos Albina Pérez Selma, Salvador Orengo Damiá y D. Miguel Tudela Mondejar, se ha acordado llamar a dichos ausentes para que, dentro de nueve días, expongan lo que tengan por conveniente acerca del particular.

Valencia, 27 de noviembre de 1919.—El Notario mayor-secretario, *Dr. Santiago García*.



DELEGACION DE CAPELLANIAS Y OBRAS PIAS

EDICTO

EL DR. D. ROGELIO CHILLIDA MAÑES, CANÓNIGO MAGISTRAL DE LA S. I. METROPOLITANA BASÍLICA DE VALENCIA Y DELEGADO DE CAPELLANÍAS Y OBRAS PÍAS DE ESTE ARZOBISPADO.

HACEMOS SABER: Que en esta Delegación y por el oficio a cargo del Notario mayor-secretario que refrenda, se instruyen diligencias

sobre conmutación de los bienes dotales del Beneficio colativo simple fundado en la capilla y altar de Nuestra Señora del Rosario de la iglesia parroquial de Villajoyosa, bajo la misma invocación, por D. Salvador y D. Jaime Martínez, con fecha 13 de diciembre de 1721, solicitada por D. Marcos Antonio Lloret Adrover, con arreglo al Convenio-Ley de capellanías de 24 de junio de 1867 e Instrucción de 25 del mismo mes y año, habiéndose acordado expedir el presente para que los que se crean con derecho a concurrir a la mencionada conmutación comparezcan en el expediente dentro del término de quince días, acompañando los documentos acreditativos.

Valencia, veintisiete de noviembre de mil novecientos diez y nueve.—*Dr. Rogelio Chillida*.—Por mandado de S. S., *Dr. Santiago García*.

Administración de Cruzada de Valencia

CIRCULAR

La prórroga de 12 años concedida por la benignidad del Sumo Pontífice Benedicto XV, felizmente reinante, a la Bula de la Santa Cruzada, para la nación española, con las modificaciones substanciales que en ella se establecen, exige de esta Administración algunas advertencias a los reverendos señores Curas de este Arzobispado, quienes procurarán cumplirlas fielmente para el buen orden de la misma y atender los mandatos del Emmo. Sr. Cardenal comisario. Son las siguientes:

1.^a Los señores Curas y expendedores retirarán de esta Administración, a la mayor brevedad, los paquetes de Bulas; firmarán el correspondiente recibo y lo devolverán sin demora alguna a esta Administración o a los respectivos señores Arciprestes para abrir las cuentas.

2.^a Publicarán la Bula, dando al acto la mayor solemnidad posible, en la fecha de costumbre o adelantándola si lo juzgan conveniente, atendiendo a las circunstancias especiales de cada parroquia, y siempre que tengan en su poder el paquete correspondiente y no antes.

3.^a Darán a conocer a los fieles, en los sermones de Adviento, Cuaresma y Misas de mayor concurso, las especialísimas gracias y privilegios que la nueva concesión de la Bula otorga, desvaneciendo directamente y con la prudencia debida, prejuicios e interpretaciones erróneas acerca de su origen, historia y fin de los fondos recaudados.

4.^a Especialmente en las parroquias de numeroso vecindario,

advertirán a los fieles la obligación de tomar la clase de la Bula que a cada uno corresponda, para poder usar de sus gracias: la de ilustres, por razón de cargo o categoría, y el Sumario de Abstinencia y Ayuno de segunda clase, cuya limosna es de cuatro pesetas, los que deban tomarla por razón de cargo, y además aquellos que por sus sueldos, pensiones, producto de fincas, industrias u oficios ganen anualmente de cinco mil pesetas en adelante, y las esposas de los seglares incluidos en esta clase.

5.^a Los señores curas de los Arciprestazgos de Liria, Moneada, Sueca, Valencia y Torrente, retirarán cada uno en particular sus paquetes de esta Administración, según costumbre.

6.^a Los reverendos señores Curas de la Capital harán lo mismo durante la segunda semana de Adviento, para que los fieles puedan proveerse de la Bula el lunes de la tercera semana, día siguiente a la publicación.

7.^a Ultimamente, se llama la atención de todos los señores Curas y expendedores, para que se fijen en el alarmante y cada año creciente descuento que sufren y pueden sufrir sus parroquias en la mezquina consignación del culto, y procuren poner todos sus esfuerzos para contenerlo o mitigarlo.

Valencia, 30 noviembre de 1919.—El Pro-Administrador, *Juan Fernández Limones*, Canónigo.



COLLATIONES MORALES ET LITURGICAE

CASUS PRO MENSE DECEMBRI.—SOLUTIO SCRIPTA

Rusticus fatetur confessionem auricularem esse institutam a Christo, credit tamen originem divinam confessionis non posse probari neque ex Scriptura, neque ex traditione priorum saeculorum cum de praxi et usu confessionis altum silentium sit in Scriptura et documentis antiquitatis. Urbanus negat institutionem divinam confessionis innixus hac ratione quod multi Patres, inter quos Sanctus Joannes Chrysostomus, dicant peccata confitenda esse soli Deo; et roboratus hoc argumento, quod Nectarius Episcopus, antecessor Chrysostomi, abrogaverit ritum sacramentale confessionis.

Marcellinus sentit jure divino esse tantum necessariam confessionem peccatorum in genere, cum per illan jam possit minister judicare de dispositionibus poenitentis. Alarius vero credit necessarium esse confiteri omnia et singula peccata gravia, sufficere autem aliquando, quantum ad validitatem et liceitatem, confessionem peccatorum in genere tantum.

Eleutherius sic confessionem instituit. Assuetus fui per aliquot annos contumeliis, blasphemis et ebrietatibus; saepius spectaculis et choreis inhonestis interfui; cogitationes malas plerumque in mente habui. Dum essem juvenis accessi multoties domibus prostitutionis et diversis modis contra castitatem peccavi. Contra Ecclesiam, sacerdotes et religionem male loquutus sum. Odia contra meos inimicos fovi, desiderans eis multa mala et aliquando paravi media ad illis nocendum.

Hinc quaeritur:

1.º An institutio divina confessionis probari possit ex Scriptura et documentis antiquitatis?

2.º An Patres negent necessitatem confessionis auricularis, et quid abrogavit Episcopus Nectarius?

3.º Utrum confessio debeat esse integra et qualis integritas requiratur?

4.º An aliquando sufficiat confessio peccatorum in genere?

Quid ad casum?

CASUS LITURGIAE

Eusebius parochus semel tantum in mense Sanctissimae Eucharistiae particulas reservat aliquando a quindecim diebus vel mense confectas. In ipsa renovatione veteras hostias et parva fragmenta consecrata in novarum particularum recenter consecratarum pyxide semper transfert, et deficiente altera pyxide, particulas consecrandas, tam si parvo quam si in magno numero sint, in alio calice vel patena aut super corporali, ad latus calicis vel post eum pro libitu ponit.

Quaeritur exinde:

1.º Quandonam sacrarum specierum renovatio sit facienda?

2.º Quando hostiae recenter confectae diei poterunt.

3.º Quomodo earum renovatio fieri debeat.

Quid ad casum?

COLLATIO ORALIS HABENDA IN PRIMA PARTE MENSIS DECEMBRIS

Cyprianus, Gorgonius et Hilarion disputantes de objecto materiali fidei conveniunt in hoc quod veritates formaliter revelatae sunt objectum fidei divinae, sed dissentiunt quoad veritates virtualiter revelatas seu conclusiones theologicas. Cyprianus tenet eas esse objectum fidei, Gorgonius contrarium sentit, et Hilarion distinguit,

concedendo tales veritates esse objectum fidei post definitionem Ecclesiae non autem ante definitionem.

Josaphat, sacerdos, absolvit poenitentes rudes qui tantummodo sciunt Deum existere et esse bonorum remuneratorem; non quaerit a fidelibus utrum frequenter eliciant actus fidei; et ad sacram synaxim admittit pueros, qui sciunt discernere inter panem eucharisticum et terrenum, quamvis multa fidei mysteria ignorent.

Simon, autem e contra negat absolutionem iis, qui ignorant mysteria Trinitatis et Incarnationis; interrogat poenitentes de frequentia, qua eliciunt actus fidei; et arcet a communione pueros qui memoriter nesciunt recitare orationem dominicam, symbolum apostolorum et praecepta decalogi.

Narcisus putat omnia phaenomena hypnotica praeternaturalia et diabolica esse, et consequenter usum hypnotismi tamquam intrinsece malum absolute damnat. Fructus vero credit plura phaenomena hypnotismi, si non omnia, naturalia esse; ideoque declarat usum hypnotismi et suggestionis licitum esse tum ad curandos plurimos morbos et affectiones praesertim neuropathicas, tum ad rebelles consuetudines pravas corrigendas et propensiones vehementes ad malum eradicandas, tum ad detegenda quaedam secreta, quorum cognitio actioni judiciali et bono publico interest.

Hic quaeritur:

1.º An veritates virtualiter tantum revelatae seu conclusiones theologicae sint objectum fidei divinae?

2.º An sint objectum fidei, accedente definitione Ecclesiae?

3.º Quaenam sint veritates fidei necessitate medii credendae?

4.º An fideles teneantur ad frequenter eliciendos actus fidei et quid sufficiat ad adimpletionem hujus obligationis?

5.º Quaenam condiciones requirantur in pueris ut admitti possint ad sacram synaxim?

6.º Utrum usus hypnotismi et suggestionis aliquando sit licitus et quibus sub conditionibus?

Quid ad casum?

CASUS LITURGIAE

Quiricus, diaconus, ut parocho in audiendis confessionibus valde occupato, adjumento sit, et de ipsius licentia, fidelibus in ecclesia, Sacram Communionem distribuit, et paroeciano graviter aegrotanti Sanctum Viaticum defert; sed neque signum crucis in oratione

Indulgentiam, absolutionem, etc., et in benedictione finali efformare, neque infirmum in cubiculo et populum in reditu ad ecclesiam cum Sacra Pyxide benedicere audet, quia hujusmodi actiones ei videntur soli sacerdoti propriae. E contra in baptismo cuidam cognato solemner administrato cum eadem licentia parochi, qui illam dedit ex sola causa ut propinquorum diaconi morem gereret, omnia in Rituali praescripta, etiam benedictionem salis, quia sal antea benedictum deficiebat, servavit.

Quaeritur:

1.^o Quam ob causam possit parochus licentiam dare diacono ut Sanctissimam Eucharistiam et Baptismum conferat.

2.^o Quibus caeremoniis diaconus utrumque sacramentum debet administrare.

Quid ad casum?

SOLUTIO QUAESTIONIS PROPOSITAE PRO MENSE OCTOBRI.—DE RE APOLOGÉTICA

1.^o An christianismus obsit bono et incremento oeconomico societatis.

Responsio: Christianismus seu potius catholicismus non obest bono et incremento societatis; sed e contra illud mirifice promovet. Catholicismus enim homini proponit tamquam finem primum bonum spirituale; sed non excludit bonum temporale tamquam medium et finem secundarium bono spirituali subordinatum; non prohibet usum humanarum facultatum; et nullum progressum, nullum inventum ad humanam felicitatem excogitatum damnat; vehementer exoptans ut in quolibet christiano illud apothegma adimpleatur: «ut sit mens sana in corpore sano». Indirecte etiam promovet bonum oeconomicum societatis damnando luxum, ignaviam, expensas inutiles, avaritiam, et commendando justitiam, aequitatem et caritatem.

Catholicismus, dicunt ejus adversarii, commodorum temporalium augmento, et rei oeconomicae progressui obstat, cum paupertatem laudet, fugam mundi inculcet, ascetismum et monachismum suadeat et promoveat.

Vere decipiuntur hi catholicismi ossores. Ecclesia non desiderat ut pauperismus, indigentia et miseria extendantur et regnent in humana societate. Tantummodo probat et laudat paupertatem volun-

tariam illorum, qui omni cura et sollicitudine temporalium abjecta solae gloriae Dei et proximorum bono vivere satagunt.

Monachismus non omnibus consulit et suadet, sed paucis qui ad statum religiosum a Deo vocantur. Vita religiosa et monachismus juxta doctrinam catholicam sunt in se et in abstracto media aptissima ad perfectionem spiritualem, sed in concreto, monachismus et status religiosus non cuilibet christiano est via aptior ad perfectionem, dicente Apostolo: «Unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic» (I Corint. vn, 7). Unde ad perfectionem quilibet pervenire potest in quolibet vitae statu et multos sanctos veneramus hodie, qui monachi non fuerunt neque in eremo vitam egerunt.

2.^o Catholicismus non modo non impedit scientiarum progressum; sed huic progressui multipliciter opitulatur. Non impedit, nam catholicismus non prohibet quominus singulae disciplinae propriis principiis propriaque methodo in sua ditione utantur.

Catholicismus insuper progressum scientiarum juvat et fovet, mentem humanam ab innumeris erroribus liberans; in sui defensionem et tutelam omnes scientias advocans philosophiam, physicam, historiam, cosmologiam, astronomiam, archaeologiam; et in amplissimum campum suae apologiae introducens ut auxiliares quamplurimas disciplinas ut criticam et exegesim biblicam, Patristicam, historiam ecclesiasticam, Archaeologiam christianam, historiam dogmatum, etc.

Sollicitudinem Ecclesiae in promovenda cultura scientifica et litteraria probant tot monumenta doctorum et scriptorum ecclesiasticorum, tot Academiae et Universitates a Romanis Pontificibus erectae, tot gymnasia et seminaria a Praelatis fundata. Sancti Patres generatim insigni scientia, ingenio et litteratum cultura floruerunt. Denique in magnam catholicismi laudem cedit quod in illa infelici aetate in qua artes, littere et scientiae dejectae jacebant armorum strepitu oppressae, in monachorum et presbyterorum domibus tranquillum ipsae invenerunt refugium.

De re morali.

1.^o Adjuncta sollicitationis, quae etiam clausulae sollicitationis dicuntur, quinque numerantur, ex Const. Benedicti XIV; scilicet; si, sollicitatio fiat: 1.^o, in actu sacramentalis confessionis; 2.^o, occasione confessionis, etiam confessione non sequuta; 3.^o, praetextu confessionis, etiam ea non sequuta; 4.^o, immediate ante vel immediate

post confessionem; 5.º, in loco confessionis (etiam extra occasionem confessionis) i. e., in confessionali vel alio loco ad confessiones audiendas destinato, aut electo, cum simulatione confessionis.

